

et quod repetit euendicare non ualeat, sed presens donatio ista omni tempore firma et stabilis permaneat. Actum *Finnenheim* publice die et tempore quo supra. Signum Sigeberti qui hanc donationem fieri, et firmari rogauit. Signum *V̇dilberti*¹⁾, Adal-
manni²⁾, Balduini.³⁾ Wiglarius scripsit.

618. (Reg. 327.)

Donatio Hildiberti in Sickenheim. Pippino rege. Gundelando abbate.

767 Nov.
bis 768.¹⁾

Anno XVI^o regni d(om)ni nostri Pippini regis ego Hiltidibertus pro remedio anime meę ut ueniam peccatorum meorum adipisci merear per hanc kartulam donationis dono ad sacratissimum dei mrem. Nazarium qui requiescit in corpore in pago rinensi in monasterio quod uocatur Laur., ubi uir uenerabilis Gundelanus abbas
5 presse uidetur, donatosque in perpetuum esse uolo in *Sikkenheim* III^{or} iurnales de terra arabili, a die presenti in dei nomine perpetualiter ad possidendos, stipulatione subnixa. S. Hiltidiberti qui hanc donationem fecit. S. Gramanni²⁾, Gauraldi³⁾, Al-
baldi, Heriberti.²⁾ Harilandus scripsit.

619. (Reg. 571.)

Donatio *V̇dilberti*. Karolo imperatore. Gundelando abbate.

770 Okt. 27.

In Christi nomine ego *V̇dilbertus*⁴⁾ dono pro remedio anime meę ad sanctum dei mrem. Nazarium qui requiescit in corpore in monasterio Laur., ubi uir uenerabilis Gundelanus abba presse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolo in *Sikkenheim* I iurnalem de terra araturia a die presenti ut deinceps ad ipsum locum sanctum
5 uel ad agentes ipsius omni tempore proficiat in augmentis, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., VI kl. nov., anno III regni d(om)ni nostri Karoli regis. S. *V̇dilberti* qui hanc donationem fecit. S. Hugeberti¹⁾, *V̇donis*¹⁾, Helphrici. Samuel scripsit.

620. (Reg. 667.)

Donatio Adalmanni in eadem uilla. Karolo imperatore. Gundelando abbate.

771 Sept. 1.

Ego Adalmanus pro dei intuitu, dono ad sanctum Christi mrem. Nazarium qui requiescit in corpore in pago rinensi, in monasterio quod uocatur Laur., ubi uir uenerabilis Gundelanus abba presse uidetur donatosque in perpetuum esse uolo in *Sikkenheim* X iurnales de terra araturia, et in *Vitenheim*^{b)} I mansum, et III^{or} iurnales
5 ad integrum de iure meo, in ius et dominium sancti N. trado, atque transfundo, in dei nomine perpetualiter ad possidendum stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur. kl. sept. anno quo supra. S. Adalmanni¹⁾ qui hanc donationem fecit. S. Leidradi²⁾, Erkenfridi²⁾, Matheri. Samuel scripsit.

a) l von der Texthand beim Rubrizieren nachgetragen. b) vitenheim.

617] ¹⁾ 447 vom gleichen Tage. ²⁾ 344 Anm. 3. Baldwin 548, vom gleichen Tage.

618] ¹⁾ Pippin starb am 24. IX. ²⁾ Vgl. 331, Priester Heribert.

³⁾ Sprachlich zulässig, s. den Stamm Gaur-, Förstemann²⁾, 606. Eher verschrieben statt Gausolt, oder Gerolt < Gairualt, der öfter mit Albolt (601 f., 702) und Heribert vorkommt (399 Anm. 2). Vgl. auch Graman, Gerolt 455.

619] ¹⁾ 517 Anm. 5.

620] ¹⁾ 617 Anm. 2. ²⁾ 455.